

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Enecia ciuitas nostro euo cantatissima: temporū nobile ytalie. terra mariq; potestissima. Quā qui
dam ab Eneto seu veneto Troyano inicū habuisse dicit. Troya em euerfa antenor cū in intimum
sum adriatici maris classe vect⁹ aduenit. Erat cū eo multitudo Enetū: qui seditione (vt Titus lini-
us memorat) ex paflagonia pulsi. in quā habitaret querebat sedem qui veneti appellati. Provincia hinc ve-
netia appellata. Longitudo hui⁹ bystriam. Ac deinde quicquid est agri in padum flumē. Latitudo vero hic
padum flumē. inde alpes (qui ytalīa a germania dirimut) amplexa est. Regioni nomē diu vt venecia appell-
laretur annos supra mille quīgentos masit. Bello ipsam ⁊ qui erāt vicini Lusalpini galli. ⁊ qui venerunt in
ytalīa germani sepe numero infestarū ac populati sunt. Quid vero seuīsum? Attila rex hunorū fuit. Is cum
magno exercitu venēs oppida expugnauit multa vi capta succendit. quedā funditus diruit. Tum isto rege
Padua capta ⁊ succensa. Aquilegia ⁊ altinū euerse. Primates nomis veneti vt pestem hanc fugerēt sele ac
quos haberet liberōs. coīuges. fortunas in proximas insulas contulerūt. Et veneciā ciuitate p̄ regione
appellarūt. Aquilegienses igit̄ gradū Cōcordienses cōdidere et apulas. Ultimates sicut yrbe sua in sex por-
tas diuisam habebāt. Sex q̄ in stagnorū insulas opida cōdiderūt. Torellū. maiorbum burianū. amoriacū
Constāciacū et aimanū patauinorū pars Riuū altū. et postea dorsus durū. Monte silicenses adeustā metba
maucu. Albiolam palestriolā. Et fossaz Elodiam. Venetos quoq; troyana stirpe oros esse auctor est Lato.
Primi ei⁹ vrbis magistrat⁹ tribunū fuit. verū ciuitas libero iure et ad imperandū nata. cotinuo rei mariti-
me studio pollere cepit. breuiq; ei⁹ opes intantū vt mari terraq; sumitimus terrori essent. Procedente tpe eoz
imperium ad ortū pagari ceptū. multaq; in dalmatico sinu. Epiro et vniuersa grecia quas prouicias pene
omnes breui tempore sie ditionis fecere. Et in ora pontici maris non pauca geslere. morq; ad Tanaym vs
q; veneta arma promota sunt. rursus et in Syria per se nō pauca. multa quoq; sociali bello ab his gesta refe-
runtur. Nota sunt Friderici imperatoris tempora que nauali prelio ad apostolice sedis obsequiū retraxere.
Crenit autem ab ipso conditiōis inicio veneta ciuitas cum a potentioribus ditoribusq; olim regionis ve-
nete. fuit a principio habitata. Porro ducalis sedes primū i⁹ Traclea. deinde in methamauco. Postremo in ri-
uo altū consensu omnium translata est. q; tutus esie locus hostili a manu. ⁊ condendam ad ciuitatem maxi-
mam omnium cōmodissimus videretur. Que autem mediterranea prouincia fuerat. Ea ciuitatibus eversis

mutauit nomen. Nec deinde venecia: Sed pars nomen lombardie accepit. Pars marchia tarvisiana. Pars
fori iulij patria. pars hystria appellata est. Insulis vero quod regionis fuerat antiquū nomen mansit. et cu-
plures essent Venecie appellate sunt. Et nuc ciuitatis vnius nomen sortite sunt. Ea igit̄ in intimo adriati-
ci maris sinu sita. Ad annum salutis quīquagēsimū lectum supra quādringentenū condita fuit. quo anno
Attila rex hunorum aquilegiam diruit Maries iustiniani imperatoris dux aduersus Gothos ecclesias san-
cti Theodori et Seminiani in venecijs edificauit. deinde pataui scđa transmigratione in stagnum venecia-
rum configentes. Riuū altum implerunt. Et olivolese castrum ubi nunc castellanum est episcopius con-
didere. et sancti martini et sancti Johānis in bragula ecclesias construerunt. Clariq; basilicas celeberrimas.
Eius postea edificarunt ad octingentesimum et vigesimum septimum salutis annum Iustiniani du-
cis venetorum anno scđo beati Marci corpus ex asia est delatum. Anno sequenti cum frater eius Johānes
in ducatu suffectus esset. Ecclesia sancti Marci edificata in celebriori vrbis loco. ubi preciosissima et pene in
extimabili recondita sunt dona. Augebantur enim indies venetorum opes mirabilis incremento. Nam ad
annum quartum de duodecies centeno veneti francis bello sociati vrbis Constantinopolitane dominio fūt
potiti. Postea pous riuo alti subligeus est construcus. Et autem pauca e multis narramus. Situs vrbis po-
tius mirari q; digne laudare possimus. Urbem e medijs vndis surgentem aede humanarum rerum exim-
dantem mari contigiam vt omnes omnii generum merces excipit. Cum interea illuc oportuna flumia acce-
dant. quibus fruges et alia vite necessaria e mediterraneis locis asportant. Hinc illud fieri dictu mirabile
vt in qua vrbe ferme nihil gignitur in ea omniū copia exuberet. Taceo domorum amplitudinem. Turres p̄
cessas. sacratissimarum edium ornamenta. Et e medijs vndis tecta surgentia vix ipsis qui non viderūt cre-
denda. Que poetarum quispiam non absurde dixerit. manibus fabricata celopum. Quid naualia adducaz
et in nauibus immensam innumerosamq; classem: quid conscriptorum patrum numerum ordinem moris
sanctimoniam: cum corum optimates iam ferme anno millesimo imperent. ac benignos omnibus et libe-
ros sinus aperiant. Ideo cocludere libet de tali felici ciuitate optimus auspicijs nata. Ante igit̄ sallos flu-
ctus formica marinos Eblbet: et totū testudo circuet orbem: Et venetum ruet imperiū sanctusq; senat⁹.

Jux⁹ Jux⁹
deo dante

